



DE  
PRINCI  
PATIBVS  
Italiae,



Tractatus  
Vary.




*Editio secunda  
Priore longè  
auctior.*



LVGD. BAT.  
Ex officinâ  
Elzeviriana.



A. M. DC. XXXI.  
Cum privilegio





3

*Illustrissimo, excellentissimo,*  
D. DUDLEIO CARLE-  
TONO, Baroni ab IMBER-  
COURT, Vice-Cubiculario  
supremo, Equiti aurato,  
serenissimi MAGNÆ BRI-  
TANNIÆ, &c. Regis, ad  
illustrissimos fœderatæ Bel-  
gicæ Ordines, Legato.

*Illustriss. & excell. Domine:*

**C**ommentarium hunc  
DE PRINCIPIBVS  
ITALIÆ, haud indi-  
gnum, cuius noscere-  
tur auctor, quique multorum  
tereretur manibus, Latina à me  
qualicumque donatum veste,  
cum iustas ob causas emittere de-  
stinassem in lucem ἀντιγρηγορ:  
auctor mihi hortatorque serius  
A 2 fuit

6 D E D I C A T I O

*persuadeo susceptum iri alacritate, quæ & aliis quamplurimis ad arripiendum, idem a videque perlegendum, incitamento sit futura. Id si consecutus fuero, novo me abs te, eoque ingenti, auctum censebo beneficio, maiora fortasse olim tanto conaturus probatore. Vale, & optimo Regi nostro CAROLO, Reique publicæ longum felix florensque vive, & clientem tuum Seghetum, patrocinio tuo porro complectere. Lugduni Batavorum, Non. Novembris.*

Illustriss. Excellentiæ tuæ

Obstrictissimus cultor

THOMAS SEGETHVS.

IN-

INCERTI AUCTORIS  
DE  
PRINCIPIBVS  
ITALIÆ

COMMENTARIVS,  
*Ex Italico in Latinum versus*  
à

THOMA SEGETHO.

**I**TALIA est omnis divisa  
in Principatus undecim.  
Ceteri dynastæ, quantum-  
vis mero & misto imperio  
utantur, cum jure auri,  
argenti, æris, flandi, feriundi: pos-  
sunt tamen, è Germaniæ consuetudi-  
ne, Barones verius dici, quam Princi-  
pes, quod & ditiones angustas &  
exiguas opes possident.

Ac Principes quidem sunt hi: Pon-  
tifex Romanus, Rex Catholicus; tres  
Respublicæ, Venetorum, Genuatium,  
Lucensium. Duces, Sabaudia, Hetru-  
riæ, Mantuæ, Mutinæ, Parmæ, Urbini,  
Baronum numero censerì possunt.  
Princeps Guastallæ, Marchio Castilio-  
næus, aliique è gente Gonzaga, Prin-  
ceps Mirandulæ, Princeps Massiæ &  
Carraræ, Monachii & Corregii Dyna-  
stæ.

aures accommodaverunt. Iam quid de Italicis historiæ scriptoribus dicam? illis quidem syncera prudentia victuris, illis autem tantum nimia eloquentia & partium favore peccantibus? Sed & sapientia cœlestis, & humanæ prudentiæ disciplina, cæteraque omnia quæ in Musarum tutela sunt, nunquam parum illius populi ingeniis debuerunt. Ad extremum non alibi sanctiorum virtutum exempla, pejorumve facinorum, quam in Italicis animis cernas; & quod quidam de Attica dicebat, nullibi vel atrocior cicuta est, vel suavius apes exsuctis digestisque floribus cellas implent.

---

CATALOGVS  
A V T H O R V M,

Quibus potissimum in hoc *Commentario de Principibus Italiae* usi fuimus.

**B**ernardus Saccus Ticinensis *Historia* lib. x. extat in *Italia Illustrata* authoribus.

*Bodinus de Republica.*

*Cominci Historia.*

Franciscus Guicciardinus Florentinus  
*de bellis Italiae.*

*Gaudentius Merula de antiquitatibus*

*Gallie Cisalpinæ. Italia Illustr.*

*Iacobi Augusti Thuanii Historia.*

*Ioannis Boteri Historia universalis.*

*Lambertus vander Burchius de Sabaudorum Ducum Principumque Historia.*

Les Estats, Empires, Royaumes & Principautés du monde, par le S<sup>r</sup> D. T. VY.

*Leandri Alberti Bononiensis descriptio totius Italiae.*

Lettres du Cardinal d'Osât.

Mercure François.

*Onuphrius Panvinus.*

*Pandulphi Collenutii I C. Pisarenensis Neapolitana Historia.*

*Petrus Bizarrus de rebus Genuensibus.*

*Philippus Cluverius.*

*Philippi Honorii praxis Prudentiæ Politicæ.*

*Questiones Formianæ.*

*Scipionis Mazella Neapolitani descriptio Regni Neapolitani. Italicè.*

*Thomæ Costi civis Neapolitani Appendix ad Collenutii Historiam. Italicè.*